

# CONTRA

## HORRENDAS SERVE

ti blasphemias, cum quarum  
apologia ante annum  
rediit,

### Disputatio secunda.

#### I.

**P**Riori disputatione contra Serue-  
tum mea, recitavi ex Ignatio, Ireneo  
& Tertulliano symbolum Apostolorum  
& eius expositionem, ac ostendi, patres  
in Nicena synodo clare & perspicue  
hanc tradidisse, & illustrasse etiam, hocq;  
consilio sic exorsus sum disputationes  
meas, ut cum constaret, hunc esse perpe-  
tuum Ecclesiae consensum de articulo  
sanctae & Individuae Trinitatis, qui ex-  
positus est in Niceno symbolo, scirent  
omnes pñ, impudenter mentiri Seruetū  
qui uociferatur, auditores Apostolorū,  
& interpretes, qui hanc synodum præ-  
cesserunt, aliter docuisse de hoc articu-  
lo, & ut ex perpetuo Ecclesiae consen-  
su, tradito in symbolo, quod sancti pa-  
tres traditionem Apostolorum, & regu-

A ij lam